

J. N. S. S. T.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA  
De  
**AFFECTIBUS  
HUMANIS,**

Quam

*ex Consensu Ampl. Ordinis Philos.  
in Regia ad Auram Academia,*

PRÆSIDE

*Rektore h. t. Magnifico,*

**JOH. HAARTMAN**

*Philos. Theor. Profess. Reg. & Ord.*

*publico Bonorum examini modeste sistit*

Regius Alumnus

**MONAS KIELLGREN**

*Vest-Gothia-Svecus,*

*die 10. Kal. Apr. MDCCXXXII.*

*in locoque ante meridiem consuetis*

ABO Æ,

Excud. R. Acad. Typ. Joh. Kämpf.

Till  
Konigl. Maj:ts  
Fro-Tjenare och Capitein wid Sawast-  
husska Infanterie Regemente och  
Nautalambi Compagnie,  
Edle och Wälborne

Herr HENDRICH BÖISMAN  
Min höggunstige Patron och  
Wälghunnare.

**D**å iag skrifwet om Affecter  
Har iag rönt en märcklig drift,  
Och der wid rätt blefwet wäcker  
Af Er fromhet til min plicht;  
Så må det och Er tilhöra  
Swad iag här wid kunnat giöra:  
Iag är bunden för min del  
Till Er wördnad utan fel.

När iag nänsin mig påminner,  
Herre from, Er ädla gunst,  
Alltid mig i hygen rinner:  
Slift ej böra skie omsunst:  
Men hur skal iag kunna löna  
All den godhet iag fått röna,  
I wälgierning stor och mång,  
Som ej räknas kan en gång.

Nations godhet har iag niutit,  
Om iag sant beräanna får;  
Ingen huldhet har mig trutet  
Eller hos Er detta år.  
Eder Fru och Waka kiära  
Som i heder, dygd och ähra,  
Bland sitt kion en prydnad är  
Har och ett giort med Er här

Swad betalning skal här blifwa?  
Föga doger pappers fram.  
Den ej annat har at gifwa  
Mäst dock der med träda fram.  
Ett förundran wärdt här blifwer,  
Iag til Er på Swenska skrifwer,  
Då latin med studier ser.  
Heder, Er och prydnad gier.

Men iag har det welat giöra,  
At hwar Swensk må kunna se,  
Huru lyckan welat föra  
Mig kring Finnland, och bete  
Mehra godt än iag kund tänkia.  
Slift helt himten welat skänkia,  
Derför ware ewigt pris,  
Himlens Herre mild och wis.

Himlen också Eder Kröne  
Med Er Wän och Edla Fru,  
Nåd och mildhet all belöne,  
Iag af Eder in tills nu  
Niutit, samt så niuta hoppas  
Herren olycks strömen hoppas

Läte, Darnen och gå wäl,  
Med Er lust til kropp och själ!

Sidst iag mig vposfrad gifwer  
Til all tiens och wyrdnad ren,  
Diupt Er låf med nåde skrifwer  
I mitt hierta ythan mehn.  
Solen må mig mehr ej lysa,  
Då iag ej wil kärlek hysa,  
Mot Er Edla Kåra hus,  
Tils mig stocknar lifsens lus.

Edle och Wälborne Herr Capiteins Min hög-  
gunstige Patrons och Wålgyrnars

Högstförbundne tjänare

Jonas Kiellgren.

*Plurimum Rever. atque Doctiss.*

*Domino*

Dn. SIGFRIDO PORTHANO,  
Pastori in Witafari & Kirwijärwi vi-  
gilantissimo, Nutritio, Fautori &  
benefactori nunquam non  
suspiciendo.

**M**ulta ecquidem sunt, quae in Te,  
Vir venerande, suspicio quam  
maxime, utpote doctrinam, quam omnes,  
qui Te norunt, eximiam apud Te esse  
sciunt, quaeque cum gravitate & opti-  
mis moribus conjuncta Te a primis sta-  
tim annis ad eos honores, quos multi  
per totum vita curriculum attingere neque-  
unt, evehit. Suspicio pulcherrimam a-  
nimi tui indolem, infucatum pietatis stu-  
dium, insignem in Tuis ornandis pieta-  
tem, in voluptatibus ubiuis etiam usi-  
tatis & maxime licitis temperantiam;  
in gloria affectanda moderationem; Ni-  
hil tamen magis nunc admiror, quam  
sum-

summum illum favorem, summamque  
benevolentiam, qua me in multis dignari  
voluisti; si haec beneficia oblivionis tene-  
bris sepulta conderem, vel tacitus illa  
praterirem, multo dignissimus essem, qui  
hospitis ingrati nota inurerer. Ego Mei  
in Te animi testem, hoc quaecumque  
nunc esse volui. Et cum Tuis donis pre-  
dicantis, ne dicam remunerandis, sim  
impar; Deum adsiduis semper fatigabo  
votis, velit is pro me, qua ipse non valeo,  
digna Tibi premia retribuere, semper  
permansurus.

Nominis. Tui.  
Plurim. Rever. atque Doctiss. Dne,

*Cultor indefessus*

Jonas Kiellgren.



A. Ω.

### INTROITUS.

**Q**uod homo sit substantia  
ex mente reflexive cogi-  
tante & corpore organice  
extenso composita (a)  
quod facile animadvertere po-  
test, si ad hoc animum attendit:  
Quæ cum se invicem ut amicis  
utantur, utraque erit pars ejus  
essentialis: Mens Sc. & corpus, Mens  
& res varias cognoscit, & cog-  
nitas vel appetit, vel averfatur.  
Eam facultatem qua res imma-  
teria  
A  
(a) Adisis Gentsk. de aff. p. 10, 30.

teriales & abstractas percipit, di-  
 judicatque, & de iis ratiocina-  
 tur, vocamus *Intellectum*: quæ  
 vero ideas rerum corporearum,  
 sive *materialium* sibi format, &  
 de iis vel iudicat, vel ratiocina-  
 tur, appellamus *imaginationem*.  
 Facultas vero mentis, quæ bo-  
 num materiae expers appetit, ma-  
 lum averfatur, *voluntas sive appe-*  
*titus rationalis*; quæ in res mate-  
 riales ex imaginationis iudicio  
 fertur, vel ab iis refugit, *appeti-*  
*tus sensitivus* dicitur. *Voluntatis*  
*actus* sunt varii, aliquando enim il-  
 li in voluntate subsistunt, veluti  
*volitio, intentio, fruitio, electio, con-*  
*sensus & usus*, qui vocantur ac-  
 ctus elicitii; quorum tres priores  
 ad finem, posteriores ad media  
 pertinent. Primo enim finem  
 cognitum voluntas adprobat,  
 deinde ad eundem consequen-  
 dum efficaciter se movet, & tan-

tandem eo obtento fruitur, pla-  
 cideque adquiescit. Sic & me-  
 dia primo probantur, tum quæ  
 maxime idonea visa fuerint e-  
 liguntur, & demum usui ap-  
 plicantur (b). aliquando extra vo-  
 luntatem transeunt, in alias ani-  
 mi vel corporis facultates, quibus  
 dirigendis hæc est idonea,  
 & tunc imperati appellatur actus  
 voluntatis. Ita voluntas potest  
 imperare intellectui, ut rem ac-  
 curatius contempletur, non au-  
 tem ut circulum sibi concipiat  
 quadrarum. Voluntas potest im-  
 perare brachio, ut se extendat,  
 non autem stomacho, ne con-  
 coquat cibum: *Appetitus sensiti-*  
*vus* appetit vel averfatur res ma-  
 teriales, prout illæ se imaginatio-  
 ni vel tanquam bonæ vel tan-  
 quam malæ repræsentant. Cæte-  
 rum ex eo, quod imaginatio cir-

A 2

ca

(b) Conf. Bud. Phil. Mor. p. m. 27.

4  
ca res materiales, intellectus circa res immateriales versetur, haud difficulter colligere possumus *imaginationem immediate; intellectum mediante abstractione ex sensu oriri, & eatenus verum esse, quod veteres dixerunt: Nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu (c)*. Unde prona etiam consequentia concludere possumus, *Ex sensu etiam, licet sub diverso formali, nasci affectus*. Nam ut objecta materialia primum feriunt sensus, deinde imaginationem, hinc demum intellectum, quoad sui cognitionem; nihil quippe aliud est sensus quàm corporum & affectionum, quæ extra organum sensorium sunt, placida perceptio, in hoc vel illo organo sensorio orta, & per nervos ad cerebrum, inde ad mentem derivata; quæ tamen non fallat, si requisita ad sentien-

(c) *Conf. Hein. El. Phil. Mor. p. m. 14*

5  
endum adsint omnia; mens tamen parum attendit, & illis requisitis destituta, facile incidit in morbos: *fatuitatem, stultitiam, insaniam, furorem, enthusiasmum* (d): ita eadem objecta materialia, quæ in sensus incurrunt, vel grata nobis iudicamus vel ingrata; hoc respectu, vel appetitum, & quidem immediate, vel voluntatem nempe mediate, *modo vehementiori afficiunt*. Quidquid enim utile & conducibile nobis putamus, quidquid grato sensu adblanditur, illud plane desideramus, illud data opera quærimus, appetimus, sequimur; quidquid vero damnosum atque nocivum iudicamus, quidquid adverso sensu terret, id ipsum aversamur, abhorremus, fugimus. Unde sensus gratus principium sentiens vel animam allicit, excitat, atq[ue] pro

(d) *Adisus Heinec modo cit.*

propensionem, cupiditatem, amorem in ea producit: ingratus eandem terret, unde averſio & odium in ea oritur (e). Hic vero ſenſus & appetitus, hæc averſio ſenſitiva vehementior, *affectus audit* (f). De quibus jam paucis diſquirere animum induxi. Quemadmodum autem neminẽ peregre profecturum in patria decet eſſe peregrinum, expertem puta patrii ſermonis, legum, mörum, rituumve; ita eos, qui præclaris in diſciplinis, ſcientiis que aliquos faciunt progreſſus, iis que nobilitari cupiunt, ſui ipſius ignaros eſſe non convenit. Quid quæſo juvat exacta cœli aſtrorum que motum, numerum variosq; effectus cog-

(e) Jo. Melch. Verdries in *Phyſ. part. ſpec. c. 8. p. m. 536.* (f) *Conf. L'ed Phil. Thummigii inſtit. Phil. Volf. part. 2. p. 145.*

nitio? vel ſcire utrum ſolis, an terræ motui dierum noctiumque viciffitudines adſcribendæ ſint? ipſe vero unde moveatur nescire: ſcire utrum rerum naturalium & extra nos poſitarum motus adtractione an pulſu peragatur? ipſe vero utrum extrinſecus an intra ad bonum aut malum determinetur nescire: utrum luna & reliqui planetæ proprio, an mutuo lumine ſplendeant; quid vero luminis & unde in ſe ſit ignorare; ſolis & lunæ deliquia acute perſcrutari; virtutum horrendas eclipses negligere: utrum ignis propria, an aliena virtute calefaciat luceatque; utrum frigus ſit aliquid poſitivi, an mera caloris abſentia atque privatio: utrum colores ſint puti luminis foetus, an entia, quæ per ſemet ipſa ſubſiſtant: referare nubium adyta; & fulgurum atque fulminum gene-

generationes, causas ac mirabiles plane effectus explicare; terræ ambitū, locorum distantias, turrium & montium altitudines calamo percurrere. Nonne hæc omnia sciri sunt pulchra, jucunda atque utilia? sunt fateor; & quorum speculationibus aliquando immerfus ipse mirifice delector; sed cum sui ipsius ignorantia conjuncta non laudo. Comendatissimum itaque erit semper nobis per omnia illud Solonis: *γνώριζε σεαυτον*. Quæ quamvis non satis mature considerans, cum aliqua de Affectibus, ut dixi, discutere constituerim, Deum precor quod bene vertat; Tuamque juxta, Candide Lector, obtestor benevolentiam, velis pro solito tuo favore nostra qualiacunque hac in re conamina boni consulere. Vale.

Memb.

MEMBR. I. De affectuum humanorum natura

§. I

Equidem affectus plerosque omnines in brutis æque ac hominibusprehendimus, in illis enim, in canibus seorsim lætitiã de Domino, qui post aliquod temporis intervallum rediit, vel tristitiã de eodem, si mortem oppetiit, observare licet; ut de affectu metus ob plagas infligendas, vel spei de cibo impetrando nil jam dicamus: a quibus tamen multum differunt affectus humani, maxime si *objectum* & proprietates illorum quis subincudem revocare velit (g). Illi enim rebus tantum *visibilibus*, hi etiam *invisibilibus* afficiuntur. Il-

li

(g) ut bene observat Aug. Gidofr. Romai. in diss. Numen. dari &c. p. m. s.

10  
li appetitum duntaxat movent, hi  
etiam voluntatem. illi modifica-  
ri, corrigi & mutari non æque  
possunt, atque hi, pro multa ho-  
minis cujusque libertate, & stu-  
dio quod adhibent. Nobis hic  
de affectibus prout in homine  
sunt conspicui, sermo est; qui  
Græcis *πάθη*, Ciceroni *perturba-  
tiones*, aliis Philosophis quibus-  
dam *cupiditates*, aliis *commotiones*,  
vulgo *passiones* vocantur.

§. II.

Fleri autem motus sive com-  
motiones vel in corpore, vel  
in anima, vel in utroque simul,  
docet Celeb. Dominus Jo. Ge-  
org. Valchius. (b) Illas affectus  
corporales; istas *mentales*, has  
*mixtos* vocat. Illas in extraor-  
dinario sanguinis motu, quate-  
nus solum spectant ad corpus, con-

(b) *Introd. in Phil.* p. m. 375.

11  
consistere: istas ex viva rerum  
spiritualium, sensusque externos  
transcendentium repræsentatio-  
ne, in sola excitari voluntate:  
his cum voluntatis vehemen-  
ti commotione, motum san-  
guinis esse conjunctum dicit.  
At cum mutua sit necessitudo in-  
ter corpus & animam hominis,  
ut commoda & incommoda se-  
cum invicem ex æquo partian-  
tur (i), nec ulla fiat perceptio,  
sive animæ repræsentatio, in sta-  
tu consociationis corporis & a-  
nimæ sine organi corporei mo-  
tu, & hinc dependente interna  
corporis & humorum, fluidi in-  
primis nervosi in cerebro & ner-  
vis commotione (k), non vi-  
deo quomodo quis constituere  
queat affectus vel pure corpo-  
rales

(i) *Adis. Christ. Joh. Langii Coll.*  
*Caf. p. m. 17.* (k) *Verdr. Phys. p. spec.*  
*p. 557.*

rales, vel pure mentales. Plus vel minus alterutram affici partem vel animam vel corpus concedimus: exclusâ altera quidquam fieri negamus. Ubique enim in omnibus animi concitatis agitationibus, quas affectus dicimus, ad exactissimam animi & corporis conspirationem, consensionem & harmoniam res recidit, ut loquitur modo nominatus Celeb. Dn. Verdries in de æquilibrium Mentis & Corporis commentatione (l). He due partes, inquit Clariss. Dn. Gentzken. (m) Firmo nexu sunt unite. Etenim Deus condendo hominem voluit illum, vinculum mundi mentalis & materialis constituere, ut ex usu rerum corporearum haberet ansam celebrandi benignitatem Creatoris. Hunc in finem arctissime certos motus corporis,

(l) p. m. 131. (m) Tract. de aff. hom. p. m. 2.

nam certis perceptionibus & commotionibus mentis conjunxit, ut nil corpus quocumque modo tangere posset, ut non aque per animales spiritus mentem afficiat. Mixta itaque statuimus esse omnia mentis corporisque *ωαδνυαλα*; quæ varie a variis describuntur. Nobis affectuum nomine veniunt perceptiones, quæ cum ipsius principii sentientis, atque fluidi nervosi in cerebro & nervis, ipsorumque nervorum, ut & cordis ac sanguinis, voluntatis quoque & appetitus vehementi agitatione sunt conjunctæ; qui a Cl. Domino Gentzk. definiuntur per affectiones voluntatis, quibus mens nostra ex representatione boni & mali extraordinarie inclinatur, & sanguis animalisq; in corpore spiritus, ad illius prosecutionem ac hujus fugam peculiariter agitantur in sui scilicet conservationem. Breviter, natura af-